cap. 59: „scandali occasionem praebere." Nimirum mutilus est in fine, et ~~deest~~ [desiderat] in fine partis tertiae a cap. II. ad finem. Admonitiones partis tertiae omnes habet usque ad 36.

Cod. membr. in 4. sec. XII ab uno eodemque librario exaratus. De hoc ipso Rhabani codice, qui plenior est edito, cf. Dieemanni specimen glossarii Rhabani p. 14, qui tamen eum nimis liberaliter sec. X tribuit. Fol. 1a manus sec. XII aut XIII inscripsit: „Liber S. martyrum Crisanti et Darie." Deinde fuit in bibl. Ger. van Mastricht. Ex bibl. J. Ldf. Bünemanni (v. ej. catal. p. 10. num. 4) emit V. E. Löscherus pretio 12 Thal. 12 gross., Löscherique filius dono obtulit bibl. Regiae. (Elect. 444b.)

134.

Biblia latina.

I. Mos. 3, 16. habet erumpnas. Ante libros Maccabaeorum adsunt duae epistolae Rhabani Mauri. Matth. VI, 11. habet panem nostrum supersubstantialem. Adest Hieronymi prologus in ep. Jacobi, sed deest ep. ad Laodicenses.

Cod. membr. in 4. min. sec. 15 [nitide] exaratus, literis init. pictis et auratis et picturis minusculis additis. ~~Abinitio~~ In fronte unum aut duo folia, initium prologi Hieronymiani continentia, desunt. Apocalypsin sequuntur Explicationes nominum hebraeorum, quas excipit tabula epistolarum et evangeliorum a manu paulo seriore exarata. Relatum est de illo in Beyeri arcanis sacris p. 109 et in Merkwürd. I, 351. (Elect. 442.)

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden